



## The Holy See

---

IOANNES PAULUS PP. II LITTERAE APOSTOLICAE **DUM SANCTAE** SANCTUARIUM DEO DICATUM IN  
HONOREM SANCTAE ANNAE  
IN OPPIDO SCRANTONENSI AD GRADUM BASILICAES MINORIS Ad perpetuam rei memoriam. – Dum sanctae Annae  
consideramus vitam spiritalemque altitudinem, nova ratione ad perfectam cum Christo unionem id est ad sanctitatem  
incitamus. Ideo, cum Venerabilis Frater Iacobus Cliffordus Timlin, Episcopus Scrantonensis, matris Beatae Mariae  
Virginis cultum alere ac fovere cupiens, cleri populique sibi concreti vota interpretatus, petierit ut sanctuarium Deo  
dicatum in honorem sanctae Annae in oppido Scrantonensi, ad dignitatem Basilicae Minoris eveheretur, Nos huic  
petitioni libenti animo obsecundare volumus. Itaque de Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacmentorum  
consultu, Apostolicae potestatis Nostrae plenitudine, statuimus ut sacra, quam diximus, aedes ad titulum ac dignitatem  
Basilicae Minoris evehatur, omnibus adiectis iuribus et privilegiis, quae templis hoc nomine insignibus rite competit,  
secundum Decretum «De titulo Basilicae Minoris», die IX mensis Novembris anno MCMLXXXIX datum. Contrariis  
quibusvis non obstantibus. *Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIX mensis Augusti, anno  
MCMXCVI, Pontificatus Nostri duodecimmo.* ANGELUS card. SODANO  
*Secretarius Status © Copyright 1995 - Libreria Editrice Vaticana*

---

Copyright © Dicastero per la Comunicazione - Libreria Editrice Vaticana